



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

VIII. Bischof Friederich von Brandenburg belehnt den Hofmeister des Markgrafen Woldemar, Erhard von Beeren, mit einem freien Hofe zu Teltow, welchen Joh. Stroband besessen hatte, am 25. Januar 1314.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

prietates, gracias, iura et consuetudines, in literis infrascriptis et per nos approbatis contentas. Ut autem ea, que per nos ratificata et confirmata sunt, a nemine calumniari queant vel infringi, presentes literas conscribi et nostro ac prenotati nostri capituli sigillis fecimus roborari. Actum et datum in Teltow, anno domini millesimo tricentesimo decimo primo, Kal. Junii.

Aus einer handschriftlichen Chronik der Stadt Teltow von Fidiu mitgetheilt, auch in v. d. Hagen Beschreibung der Stadt Teltow (Berl. 1767) S. 43 abgedruckt.

VIII. Bischof Friederich von Brandenburg befehlt den Hofmeister des Markgrafen Woldemar, Erhard von Beeren, mit einem freien Hofe zu Teltow, welchen Joh. Stroband besessen hatte, am 25. Januar 1314.

Nos Fridericus, dei et apostolice sedis gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, omnibus, ad quos presentes litere peruenerint, salutem in domino et omne bonum. Cognitis et consideratis sincera fidelitate et meritis nobis et capitulo nostro per strenuum et discretum virum Erhardum de Berne, curie domini Woldemari marchionis magistrum, iam exhibitis et adhuc exhibendis, eidem Erhardo suisque veris et legitimis heredibus contulimus et presentibus conferimus curiam Joannis Stroband, aduocati nostri, bone recordacionis, in Teltow sitam possidendam cum quatuor mansis, et appropriamus cum omni fructu, iure, libertate et commodo, adeo quiete et libere, quod nec prenotatus de Berne, nec ipsius heredes nobis vel nostro capitulo ex hac curia ad seruicium quoddam obnoxii sunt, Reseruantes tamen, quod hec curia ejusdemque iudicium a nostra sede episcopali dependeat, iure quidem pheodali, adeoque nobis vel capitulo nostro pro quavis eius collacione soluantur quatuor sexaginta denariorum. Ne vero hec pagina ab aliquo valeat in dubium vocari, eandem duobus sigillis, nostro videlicet et ecclesie nostre Brandenburgensis ad totius firmitatis testimonium fecimus roborari. Actum et datum in Berlin, anno domini millesimo tricentesimo decimo quarto, ipse die Sti. Pauli apostoli.

Aus einer handschriftlichen Chronik der Stadt Teltow von Fidiu mitgetheilt, auch in v. d. Hagen Beschreibung der Stadt Teltow S. 44 abgedruckt — eine nicht unverdächtige Urkunde.

IX. Markgraf Johann befehlt die Holzzungung, welche den Bürgern zu Teltow in der Nutha-Seide zugestanden ist, auf die Befugniß aus, das Holz im Walde gleich zu behauen und zu köpfen, auch zu Zäunen dem Walde Eschen bis zur Stärke eines Armes zu entnehmen, am 24. Januar 1317.

Nos Johannes, dei gracia brandenburgensis et Lusacie marchio, presencium signacione literarum protestamur euidenter, Quod prouidis nostris ciuibus, presentibus et futuris ciuitatis Teltow supra graciā et libertatem, quam in vsu lignorum memoris dicti Nutha dinoscuntur habuisse, supra addimus, quod arbores et singula, que refecauerint ligneta in palude supradicta, cir-